



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

3 Episcopi inter se perinde ne differant, atque ipsi a simplicibus  
sacerdotibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

Non alterum verò episcopo. Quocirca nulla est ratio eius illatio. Episcopatus est in ordine ad corpus Christi verum, ergo est sacramentum. Requiritur nam amplius, quod sit potestas ad id proxime pertinet; nempe quod eius functio sit, vel missæ celebratio, vel eius ministratio, seu diaconatus, & sub diaconatus. Functio autem episcopi non est huiusmodi, sed institueret ac preparare ministros. Quod si contra rursus arguas; Episcopus, quatenus episcopus, aliqua sacramenta confert, puta ordines; quæ non possent in quantum sacerdos; ergo ius propria potestas est sacramentum; quoniam potestas in unum sacramentum alterum est. Negatur consequentia; sed solum concluditur, quod episcopalis potestas sacramentum sacerdotale præsupponat. Nisi enim esset sacerdos, nequiret ordines conferre. Porro autem Aluissiodorensis non solum eodem, quo Durandus inclinatur, verum ulterius progressus, ait, quod archiepiscopatus est etiam sacramentum distinctum ab episcopatu; qui ideo in art. seq. in disputationem est accersendus. Per has igitur conclusiones conciliantur iura, sanctorumque asserta, quæ varie videtur. Quoties enim legitur quempiam in episcopum ordinari, non ita proprie intelligitur, atque ordinantur sacerdotes, atque id pariter, quod in dist. canon. clericos, ait Isidorus; quod scilicet ordo episcoporum quadripartitus est. Sed in, ut in priori conclusione asseruimus, nil est cur cunctis verè vocare ordinem; tametsi alij ad ambiguitatem tollendam non ordinem, sed dignitatem appellent: ut Hugo de sacramentis supra citatus: Et Magister Sent. lib. 4. dist. 24. vbi extra numerum sacramentorum ait, Sunt, & alia quædam, non ordines, sed dignitatum nomina, ut episcopos.

Obiectio.

Solutio Aluissiodorensis opinio.

Hugo Magister Sententiarum.

Ad id.

diaconum. Tametsi Hieronymum non planè intelligam, quandoquidem subdit episcopum conferre ordines posse; non autem sacerdotem simplicem, vbi distinctionem ex natura rei insinuat: nisi velit hoc tantum esse ex ordinatione ecclesie, ut in fine eiusdem citati ca. olim ait. Cuius verba, ut ait Durand. maiori sunt admiratione digna. At si quidem episcopus consuetudine magis quàm dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores, et in communi regere debere ecclesiam: cui tamen citatus supra Dionysius iam tempore Apostolorum diuina lege adstruxerit episcopum à simplici sacerdote distinguere. Quin verò Aug. in lib. de Hære. Arrianos inquit ea fuisse infectos, quod dicerent presbyteros ab episcopo nulla differentia debere discerni. Haud tamen tam infami nota verba Hieronymi inuenienda sunt: nam ipse, quocumque id iure factum sit, differentiam, & in conferendis ordinibus, & in loci eminentia agnoscit. Sed in hoc tamen lubentius Augustinus, alios sanctos patres auscultare debemus quod illa realis differentia ex institutione diuina per Apostolos originem traxerit. Ad ea verò loca sacra quæ Hieron. afferit. Respondetur, hoc inde tantum concludi, quod olim nomina episcoporum, & presbyterorum promiscua erant, ut tam episcopus diceretur presbyter, quam presbyter, episcopus. Itaque vtrumque erat commune nomen ad significandum duas diuersas dignitates. Ad secundum satis super que secunda conclusione satisfactum est. Concedimus enim episcopatum esse ordinem secundum amplitudinem suæ significationis. Negamus verò esse sacramentum.

Aug.

Hieron.

Ad secundum.

ARTICVLVS III.

Vtrum episcopi inter se perinde differant, atque ipsi à simplicibus sacerdotibus.

Postquam visum est episcopalem dignitatem à sacerdotali suo ipse instituto differre; explorare consequens est, an Episcopi similiter inter se differant. Apparet enim sic esse; nam Archiepiscopo ex proprio incumbit officio episcopum consecrare, quod episcopo non nisi ex commissione videtur competere, ut patet. Quod sedem de off. iud. ordi. vn. Soto de Inst. & In. l. 11 de

Primum argum.



Soto  
de Iure  
Legibus  
DII  
13

Argu. a.

de, & pallio vtitur, quod episcopo non est indultum, ergo specie differunt. Secundo: papa saltem dignitatis specie ceteris est excellentior; quandoquidem Petri successor est, cui peculiariter Christus vniuersum gregem commisit. Quare, & singulariter etiam si fuerit alias episcopus, in Papam consecratur, singulari: Titia vtiur. Quo circa distin. 21. ait Pelagius Romanam ecclesiam non Synodici conflictus ceteris ecclesijs esse prelatam, sed euangelica voce Domini Saluatoris nostri primatum obtinere: Sed in contrarium est, quod in ijs que ad confectionem corporis, & sanguinis attinet, nihil potest vnus episcopus q. singuli non possint: vt patet in ordinum collatione, atque in ipsorum munia consecratione: nam vnus alterum consecrat. Quia vero Hostien. consecrat Papam, & tamen inferioris est potestatis id nequiret: iuxta illud ad Heb. 7. Sine vlla contradictione quod minus est a meliore benedicitur. Quæstionis huius duo insinuantur tribra. Primum de episcopalijs officijs, & functionibus. Atque alterum de ipsorum distinctione: quippe quorum posterioris cognitio a prioris notitia pendet. Duabus ergo conclusionibus ad questionem respondetur. Prior est, Vniuersæ functiones, que ad perfecti pastoris officium atinent, sunt episcopo peculiares, & propria. Iam n. supra artic. ostensum est, genuinum episcopi munus, officium esse pastoris: in cuius testimonium dum consecratur, traditur ei baculus pastoralis. Immo vero ante designatur esse pastor, quam anulo fiat sponsus Ecclesie: Omnes ergo functiones, que pascendo gregi accommodantur sunt dignati episcopali, quatenus cuiusmodi communis est, patres, & quales. Sed ais, nunquid no, & Plebani sacerdotes suarum sunt etiam peculiarium ecclesiarum pastores? Sunt quidem. Haud tamen vndeque absolui, & perfecti. Quare non omnibus vniuersa pastorum officia ratione sua dignitate incumbunt sed quedam. Ad cuius intellectum notandum primum pastoris officium esse, vitam prebere gregi, eundem que alere, sanare, & sustentare. Functiones autem huiusmodi ad tria genera, & ordines reducuntur: Primum namque id potissimum fit per administrationem omnium sacramen-

Prima conclusio.

Scrupulus.

Solutio.

Pastoris officium.

torum Baptismo enim, regeneramur: de inde confirmati: eucharistia alimur: & pœnitentiam tanamur, &c. Illa ergo sacramenta, que ad huiusmodi sunt vitam prorsus necessaria, & congrua, incumbit cuiusque plebano sacerdoti administrare. Quæ sunt baptismus, eucharistia, pœnitentia, & sacra vnctio: & præterea benedicere sponso. At tñ ordinare ministros incumbit episcopo, & præterea ob vberantorem copiam. Spiritus sancti confirmare plebem. In administratione ergo sacramentorum primum incipit pastorale officium locupletius, ac perfectius: se in episcopo, quom in plebano sacerdotum scilicet, q. sacerdotes non omnia cõferre possunt: cum etiam, quæ possunt, ex sola in iudicatio ab episcopo concessa habent. Secundum ad idem pertinens pastorale officium est, si cuiusdem docere populum: Huius autem functionis duo sunt gradus, Alter illos explicare articulos qui sunt ad salutem necessarios. Et hoc proprie pœnitentis sacerdotibus curam gerentibus animam incumbit. Quare, p. h. d. huius muneris, ubi gradus est negligentia, peccatum est illis mortale. Tenentur n. plebè Amicos docere fidei, & Decalogum I m. n. d. v. d. & orationem Dominicam: illa videlicet, quæ pœnitentes, an sciant, sunt interrogandi. Scire enim debet Christianus quidque quid nam sibi credendum quidq. agendum, & quid a Deo petendum. Alter gradus est altiora fidei mysteria explicando sacram scripturam propagare, & merum probitate gregem imbueres, & nutrire. Et hoc proprie pertinet ad officium episcopi. Cui iõ in consecratione, traditio euangeliorum lib. sub forma præcepti dicitur: Vade, & predica populo Dei. Tertium, quod ad idem pastoris officium spectat, est gubernatio, & correctio: nam, & hoc p. d. v. d. v. g. v. s. f. t. facultas hæc plebano est, si in quolibet episcopo plenaria, nisi sit per Papam coercita: in plebanove vero nulla est, aut quam tenuissima. Potest enim plebi, vt statim temporibus sacra audiatur, sacramenta q. suscipiat, p. recipere. An vero excommunicatione, aut alia pœnitenti foro exteriori cogere, paulo inferi dicitur. Et hæc intellectus est capiedus doctrinæ Dionysij supra citati, distinctio quædam natus tres hierarchicas, hoc est sacri principatus actio.



aciones, puta purgare, illuminare, & per  
ficere. Quorum primum ait ad diaconu  
pertinere, secundum ad sacerdotes, ter  
tiu ad epus. Purgare enim est purum ab  
impuro separare: ut triticum cribro, &  
farinam diuicniculo. Venientes enim  
ad baptisma diaconus examinabat, an  
vellente uitam pristinam deserere, erro  
resque abiurare, & sic separabat illos,  
qui baptismo digni erant ab aliis sacer  
dos uero fidei catechismo illos erudiens,  
fonte sacro tingebat, ubi per gratiam gra  
rum faciente illos illuminabat, sed epi  
scopus confirmabat, hoc est gratia perfec  
ciebat. Deinde autem ipsorum predicatio  
ne, que de sacra scriptura hauserat, illos  
per amplius ad diuinum amorem inflam  
mabat, in quo Christiana perfectio con  
sistit. Haud ergo negandum est, quin sa  
cerdotes plebani curam uere gerant ani  
mau, quarum etiam exhibituri Deo sūt  
exactam rationem, uereq. sint pastores.  
Perfectum tamen absolutumq. nomē so  
lū congruit episcopis, ut de suo ipsoru  
mine admonetur. Per hæc subiinde sit  
etiam liquidum, quemadmodum episco  
pi omnes sint a soli, qui proprie loco A  
postolorum successe, ut, eorumq. fungū  
tur uicibus, ut hī can. in nouo, distio. 1.  
S. cano. ecclesie principes dist. 35. Id qd  
can. quorum uices, dist. 58. aucto. itate.  
August. falcitur, in quibus, pro paribus  
tuis nati sunt tibi filii. Patres missi sunt  
Apostoli, pro Apostolis filii nati sunt  
episcopi. Ad huius tri intelligentiam, no  
tandum est, tria esse munera in quibus  
res, & ordo Apostolorum consistit, ut  
D. Thom. super illud uerbum Pau. 1.  
ad Corinth. 12. Quosdam posuit Deus  
in ecclesia primo Apostolos, adnotauit,  
uidelicet auctoritatem gubernandi fide  
lem populum, facultatem docendi fide  
dem, & Christianos mores. Tertio pote  
statem miracula facienda ad confirmatio  
nem doctrina, secundum illud Lu. 9. Co  
uocatis Iesus duodecim Apostolis detit  
illis uirtutem, & potestatem super omnia  
dæmonia & ut languores curarent, &  
misit illos predicare regnum Dei. Quo  
postremo uerbo intelligitur, ut eos q. uer  
bum suscipere, gubernarent, secundū  
illud Luc. 10. Qui uos audit, me audit, &  
qui uos spernit, me spernit. Et quid em  
quātum ad primū munus, episcopi sunt

illis subrogari: tametsi illorum singuli  
in uniuersum Christianorum orbem po  
testatem habent, Episcopi uero non,  
nisi in suas dioceses, sed solus Papa qui  
substitutus est Petro, uniuersalem terri  
net iurisdictionem. In secundam au  
tem eiusdem potestatis uirtute, que est  
predicare fidem gradus sunt dignoscen  
di. Apostoli namq. eo usque illa pollebāt  
uirtute, ut (quod in sua 2. Canonica Pe  
trus ait.) firmissimum habentes sermo  
nem propheticum: quidquid ipsi predi  
carent, eo quod ipsi id audierent, fides ef  
ferret, ut pote qui cum organa essent per  
que spiritus sanctus loqueretur, non op  
us habere cogitare quomodo, ut quid  
loquerentur. Qui quidem gradus in ec  
clesia post Apostolos & Euangelista nō  
permanit. Potest quidem Papa & Con  
cilium articulus fidei explicare, sed tamē  
eos, qui in sacra scriptura impliciti sunt,  
uel ex traditione Apostolorum oriuntur  
firmissime habentur: utendo scilicet fun  
damento Christi, ac subiinde Apostolo  
rum. Illi uero sine scripturæ persecutio  
ne a Spiritu sancto mouebantur. In sin  
gulis uere epis neq. ista, que in Papa &  
concilio est facultas, in est sed tantum  
predicandi, interpretandi, amplificandi,  
persuadendique ea, que Christus per se  
perque Apostolos docuit. Tertia uero fa  
cultas facienda miraculosa nō perinde in  
ecclesia modo est atq. in Apostolis existit  
quia non eadē est prorsus necessitas. Quā  
uis ubi ratio id fieri modo exigeret, non  
haberet Deus manum oclusam. Ecce  
differentiam inter pastorem episcopi  
functionem, & eam, que est parrochiano  
rum sacerdotum. Et ideo, ut cā nouo, su  
pra citato legitur, ut episcopi Apostolis,  
quos Christus Luc. 9. legitur elegisse, suc  
cesserunt, sic & reliqui sacerdotes parro  
chiani successerunt. 72. discipulis, quos  
quia messis multa erat, in auxilium epi  
scoporum idem Christus suffecit, ut Luc.  
10. legitur nempe ut eorum essent auxi  
liares ac ministri. Quare de lege commu  
ni episcoporum est in ecclesijs parrochia  
libus presbyteres instituere, ut legitur c.  
Sicut. 16. q. 7. Sed rogas nunquid de pra  
dicare plebanis etia conuenit, & aliqua  
iurisdictionis imago: Responderetur prius  
de predicatione, certū est nihil amplius  
eis ex officij necessitate, incumbere, quā  
Soto, de Iust. & Iu. l. 11 2 do,

Sacer  
dotes  
plebani  
ueres  
pasto  
res.

Soli e  
piscopi  
succes  
serunt lo  
co Apo  
stolorū

Tria in  
quibus or  
do Apo  
stolorū  
consistit.  
S. Tho.

Gabe  
natio  
corrip  
ad pa  
storem  
ue sp  
au  
n  
in  
do Ex  
is natu  
Dico

Facul  
tas fa  
ciendi  
miracu  
la non  
est pin  
de mo  
do in Ec  
clesia,  
atque  
fuit in  
Aposto  
lis.

Quæst.  
Solutio



doctrinam, ut dicebamus, Christianam populo necessariam docere. Verum uero sit salutare consilium illis in muneris iniungere, in Tridentino Concilio fuit in publicum concilium prolatum, & prima fronte sic nonnullus patribus apparuit, sed non defuit, qui ut sententia penitentialis agitaretur, suppliciter orauit a qua postea decernenda super festum est. Enim uero ut decorum & salutarium est illis parochialibus sacerdotibus, qui uere Theologi sint, id muneris suis plebibus impendere, sic pestilentissimum est Theologum ignorari id committere. Iam enim & eo miserabili loco iacet ecclesia, ut in animarum cura committenda, uix ulla habeatur dignitatis ratio, praeterquam quod neque proprii plebani suas ecclesias administrant, sed per uicarios id faciunt, uix sine scientes, nempe per eos, quos quid minimo possunt pretio conducunt. Adde quod in aliquibus, quas Iustitiam prouincias, illi sunt plebani, qui cum neque de limine Theologiam saluauerint, tamen Latine & forte Graece decurrerunt, putant feliciter praedicare posse. Et isti sunt qui pestilentiores disseminant errores. Salubrius ergo populo est, eiusmodi conuentionibus carere, quam interfici. Ad secundum interrogationis membrum respondetur. In sacerdote secundum suam propriam auctoritatem nullam existere uim coactiuam, quantum ad forum iudicabile. Nam maxime per excommunicationem, quae poena pastoralis baculo annexa est. Excommunicare autem propria auctoritate, solius est episcopalis muneris: ut hinc 24 q. 3. can. corripitur, & apud D. Thom. 4. sent. dist. 18. q. 2. Excipit illic tamen idem doctor Sanctus factum, & rapinam, pro quibus, inquit, concessum est a iure, ut possit parochianus sacerdos excommunicare. Iam tamen non est in usu concessio illa est nihilominus peccatum inobedientiae, illi non parere in ijs, quae supra diximus, iure posse praecipere, nempe ut festa ecclesiastica celebrent, & statim temporibus sacramenta suscipiant, & doctrinam ecclesiasticam discant. At nisi adsit contemptus, non est morale aliud nouum praeter transgressionem ecclesiastici praeccepti. De officij functionibus, episcopalis plura hinc essent ea, quae supra per uicaria adhibenda sed usque

ad q. 3. ea duximus referenda: ubi inter tractanda obligationem, qua episcopi tenentur in suis ecclesijs residere, modius differunt. Posterior conclusio, Episcopales dignitates quamuis Archiepiscopum & Patriarcham, immo & summum ipsum Pontificem commemorare, non sunt specie diuersae, sed solo iurisdictionis ambitu aliae alijs superiores, aut inferiores. Ait quippe Isidorus, ut supra ex can. clericos 21. dist. citatum est quod episcoporum ordo quadripartitus est. Nempe in Patriarchas, Archiepiscopos, Metropolitanos, atque episcopos. Est enim patriarcha, patrum summus, atque princeps: archiepiscopus uero, episcoporum princeps. Nam arcus Graecae, idem est quod princeps. Metropolis, qui certis ciuitatibus circumscriptionem habet iurisdictionem, episcopus uero, qui unam regit cathedralem ecclesiam. Iam uero metropolis nullus est sub archiepiscopo, sed ipsi sunt metropolitani Patriarchae uero, ut Alexandrinus Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus, plures sub se singuli habent archiepiscopos. Immo & Romanus olim etiam appellabatur Patriarcha. Horum ergo dignitates ait licet de ordinibus Aristoteli. Iam episcopus & archiepiscopalem (nam de his non meminit) uere esse sacramenta eandemque distincta. Nam ut argutum primo loco est, ut episcopus sacerdos etiam alios ministros ordinat & consecrat, & Archiepiscopus ex proprio officio habet ordinare episcopum. Episcopi autem non nisi ex commissione. Nihilominus conclusio a nobis asserta in dubio esse debet. Primum siquidem quantum ad id, quod ait episcopalem dignitatem esse sacramentum, iam supra satis reprobatur est. Ceterum, & quod eiusmodi ordinis episcoporum inter se genere non differant, sed sint eiusdem generis & speciei, probatur. Nam quidquid potest archiepiscopus & Patriarcha, potest episcopus in sua diocesi, et episcopos consecrare & Papa. Et quauis hoc faciunt forsitan ex commissione, hoc accidit pro iurisdictionis defectum, non tamen ex defectu episcopalis dignitatis. Quomodo ob solam defectum similem non potest sacerdos quemquam absolueret cum uirtute characteris quoscumque. posse indiscriminatim. Et p.

In sacerdote nulla coactio, quantum ad forum iudicabile, si eius auctoritatem spectes.

Soto de Iure Legibus III 13



Ad secū  
dū arg.

hoc solutum restat eius argumentum. Ad secundum autem de Pontifice maximo pariter negatur, dignitatis specie cæteris sibi subditis antecellere. Sed quantum ad iurisdictionis vniuersalitatē, iura omnia illi primatum perhibent. Nam quantum ad dignitatem, etiam episcopus Host. ipsum consecrare consuevit. Neque quidpiam spirituale est ad corporis Christi cōsecrationem relatū, quod Papa efficere potest, quod non queat etiam simplex episcopus quantum ad suam spectat dignitatem nisi sit ratione iurisdictionis ab ipso Papa cohibitus. Itaque habet se inter episcopos Summus Pontifex (quantum ad dignitatem episcopalem) sicut Petrus inter Apostolos, quorum, quatenus ecclesiam representabant, caput erat, tamen si quatenus erant Apostoli, essent pares, ut canon. in supra citato habetur, dist. 2. Neque vero quatenus episcopi ordinati ab ipso fuerunt, sed a Christo constituti. Præminent ergo episcopi sacerdotibus altiori dignitatis genere, Papa vero episcopis in eodem genere, sed tamen quatenus Christi vicarius, omnium est caput, vnde illi singulariter prius dictum est. Tibi dabo clauēs regni cælorum, Mat. 16. licet postea Joan. 6. omnibus dante sint, eique peculiariter dictum est. Pasce oues meas, licet in ipso cunctis sit episcopus dictum, qui per ipsum erant ratione iurisdictionis in orbem distribuendi. Decuit enim maxime, ut Christus suā potestatem vni committeret capiti, ut vna Christiana politia imaginem regni spiritualis patris se ferret, quæ omnium est politiarum optima.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum institutio episcopalis dignitatis sit de iure diuino.*

Primū  
arg.

POST hæc tandem ut hæc tota quæstio absolueretur. Queritur, utrum episcopi sint iure diuino instituti. Apparet enim aliter res habere. Primum quia præter Apostolos neminem legitur Christus instituisse episcopum, sed Apostoli ipsi sua auctoritate illos instituebant, ut patet de Timotheo & Tito, quos Paul. constituit, ergo pariter episcopi non debent censeri iure di-

uino creati, sed a Papa iure positio, penes quem diximus summam iurisdictionem ecclesie esse. Secundo, id confirmatur factō ipso Christi, Petrum sibi substituētis. Ipsi enim singulariter iussit, dicens. Pasce oues meas. Ac si dixisset, Tibi summam rei huius concedo, tu ipse pro tuo arbitratu de illa dispone, ergo episcoporum institutio non Christi, sed Petri est, eiusque successoris. Vnde vox illa ipsius in 1. eius canon. ca. 5. Pascite, qui in vobis est, gregem, non diuina, sed humana, nempe Petri præceptio apparet. In contrarium est illud. Pauli Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Constitutum quidem supra reliquimus dignitatem episcopalem ab Apostolorum seculo a sacerdotio dignitate & muneribus fuisse secretam. Desideratur autem quam maxime ad rei præsentis elucidationē, nosse quo fuerit iure instituta. Nam cum Papa sit episcopus eligere, vim eius institutio Id quod ad persuadendam ipsorum resistentiam rati referunt scire, ut inde sint præcipua argumenta petenda. Et qui cauillari elude reque rationes petunt, quibus saluberrimum illud ac diuinum resistentie ius fulcitur, non alio se protegunt, aeneoclypeo, quam quod aiunt non a Deo immediate, sed a pontifice episcopos fieri. Sic n. quidā coartauit sese in defensionem, ut ipse arbitratu est, episcoporum, videlicet ut eos a iure diuino resistenti diliberaret, ut q. 3. fufius luculentiusq; patebit. Quemadmodum enim inquit episcopus iure diuino residere tenetur, cum nullus a Deo immediate fiat episcopus, sed a Pontifice? Ipsius enim est diuidere dioceces & particularia omnia, & imponere curam. Multaque alia id genus subdit quæ illic amplius differemus. Hic ergo more nostro duæ sunt conclusiones asserendæ & irroboraandæ, ut pote quæ basis futuræ sunt ac fundamentum illius disputationis. Duobus enim modis comminisci quis potest episcopatus particularis nempe summo inferiores, non esse de iure diuino. Vno quod dignitas ipsa non fuerit a Deo ipso instituta, veluti sunt sacramenta, sed a Papa, ut est quadragesimalis abstinentia, particularis cuncte obseruatio festorum & annualis confessio. Altero vero, quod eorum electio quæ per

Secūdu.

Paulus.

Cathari  
nifunda  
mētum  
ad inf  
ciēdam  
residen  
tiam.